## Ersterwähnung des Ortes: Davensberg

Erstmals erwähnt: 20. September 1256



---

Urkundensignatur: LAV NRW W Stift Cappenberg, Urkunden Nr. 21

Transkription gedruckt in: Westfälisches Urkundenbuch III  S. 321  Nr. 605

---

## Regest

Bischof Ottos II. Bestätigung eines Vertrages zwischen dem Ritter Ludolf von Werne und dem Kloster Kappenberg wegen einer anzulegenden Mühle.

## Transkription

*(Zeilengetreu wie in der Originalurkunde)*

1. In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus secundus, Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus et ceteri prelati totumque capitulum eiusdem ecclesie, omnibus presentem paginam inspecturis
2. salutem in Domino eternam. Ne inpresenti gesta depereant sucessu temporis propter labilem hominium memoriam et temporis diurtinitatem discretorum virorum pericia solet ea sigillatis eternare apicibusbus.
3. Noverint igitur universi tam presentis quam future etatis homines, quod post motam controversiam aliquamdiu coram nobis O. episcopo predicto inter Capenbergensem ecclesiam ex una parte, et Ludolfum
4. militem de Werne ex altera, super constructione cuiusdam molendini, quod idem L. edificare ceperat iuxta pontem Wernen inferius in descensu aque contra prohibitionem sive novi operis
5. nuntiationem factam eidem L. a conventu prefate ecclesie, qui conventus in libertate sue piscature hoc construi asserebat, tandem de consensu partium et communium amicorum
6. existentium in quodam placito Wolvesculen talis ordinatio sive transactio intercessit, ut videlicet dictus L. miles de Werne, a constructione novi molendini penitus de-
7. sistens, ad locum suum pristinum, qui Rikesmolen dicitur, redeat, ibique sicut ab antiquo fuit molendinum, si voluerit, faciat reparari, nec in ascensu nec in descensu Lippe
8. nec ipse nec sui successores ullo unquam tempore aliud construent molendinum. Illam vero connexionem lignorum, que fit ad restrictionem aquarum, que vulgo slacht dicitur, ad XXX
9. pedes protendere poterit in ripa Lippie, non in latitudine, sed in longitudine ascensus sive descensus aque. Item concessum est eidem, ut per medium insule cuiusdam pertinentis

10. ad ecclesiam Capenbergensem, site prope locum predictum Rikesmolen, superius in ascensu aque fossatum faciat, ut aqua directe currat ad molendinum suum, si in posterum in loco
11. predicto Rikesmolen fuerit edificatum, et ne aqua per aliam partem alvei cum nimia vehementia currens vel inundans suum destruat molendinum, tali tamen conditione, ut fossatum ex utraque
12. parte et usus aque ecclesie Capenbergensi sit ut prius. Item in hac ordinatione sive transactione pro bono pacis adinventum est, quia prefatus L. miles de Werne in novi operis constructione multa in-
13. utiliter impendit, ut conventus iam dicte ecclesie XXV marcas pro sumptibus conferat eidem, salvo tamen iure partium de piscatura. Acta sunt hec apud Wolvesculen iuxta villam Otmers-
14. bocholte, anno Domini Mº.CCº.LVIº, XII. Kal. Octobris, decima quarta indictione, temporibus Alexandri pape quarti, pontificatus sui anno IIº, vacante tunc imperio ex morte Wil-
15. helmi regis de Hollandia, nobis Ottone episcopo predicto Monasteriensem ecclesiam gubernante. Ne autem que sic rationabiliter et solempniter ordinata sunt, iuniorum succedentium cavilla-
16. tionibus aliquo unquam tempore in posterum valeant irritari, nos O. episcopus sigillo nostro, et nos prepositus, decanus et capitulum predici sigillo ecclesie nostre presentem pagin-
17. nam duximus roborandam. Testes qui interfuerunt ordinationi sunt hii: Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus, Johannes dictus Werenche thesaurius, Godefridus vicedominus,
18. Thitmarus dictus Norendinus, Remfridus de Heringen, canonici Monasterienses; Henricus burchgravius de Rechede et Hinricus filius suus, Fredericus de Menhovele et Rodolfus
19. filius, Hermannus de **Daverenberge**, Albertus dapifer, Bernhardus Crampe, Fredericus de Cleie et alii quamplures.

## Siegelbeschreibung

Die anhängenden Siegel des Bischofs und des Domkapitels sind beschädigt.

## Ortsnamen

*(in der Urkunde erwähnte Ortsnamen mit Ersterwähnung (Schneider) und Orts-/Kreiszugehörigkeit und heutige Einwohnerzahl (Müller - Ortsnamen)*

| | |
|---|---|
| Monasteriensis: | Münster (Kreisfreie Stadt), etwa 273.000 Einwohner, Ersterwähnung: 819 „Mimigernaford“ |
| Capenbergensem: | Cappenberg (Kreis Lüdinghausen), Ersterwähnung: 1092 „comes Godefricus de Cappenberge“ |
| Werne: | Werne (Stadt an der Lippe, Kreis Unna), etwa 30.000 Einwohner, Ersterwähnung: 834 „villa Uuerina in pago Dregini“ |
| Wolvesculen: | Wolfskuhle (bei Ottmarsbocholt, Kreis Coesfeld), Ersterwähnung: 1256 „Wolvesculen“ |
| Rikesmolen: | ?, Mühle an der Lippe in der Nähe von Werne |
| Otmersbocholte: | Ottmarsbocholt (Ortsteil Gemeinde Senden, Kreis Coesfeld), etwa 3500 Einwohner, Ersterwähnung: 10 Jh. „Atmarasbokholte“ |
| Heringen: | Herringen, Ortsteil von Hamm, etwa 21.000 Einwohner, Ersterwähnung 1032: „Heringhe“ |
| Rechede: | Rechede (Bauerschaft zur Stadt Olfen, Kreis Coesfeld) |
| Menhovele: | Meinhövel, Ersterwähnung 1139 „Rodolphus de Menhuuele“ |
| Daverenberge: | Davensberg (Gemeinde Ascheberg, Kreis Coesfeld), etwa 2000 Einwohner, Ersterwähnung 1256 „Daverenberge“ |

## <u>Abschrift der Urkunde und Zusammenfassung</u>

*(Aufteilung der Urkunde nach inhaltlichen Gesichtspunkten: Protokoll, Kontext, Eschatokoll bzw. -evtl. auch zusammengefasst- Inscritio/Intitulatio, Narratio, Dispositio, Siegelankündigung, Zeugen, Datum )*

| Abschrift | Regest |
|---|---|
| In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus secundus, Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus et ceteri prelati totumque capitulum eiusdem ecclesie, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino eternam.<br>Ne inpresenti gesta depereant sucessu temporis propter labilem hominium memoriam et temporis diurtinitatem discretorum virorum pernicia solet ea sigillatis eternare ap[…]bus.<br>Noverint igitur universi tam presentis quam future etatis homines, quod post motam controversiam aliquamdiu coram nobis O. episcopo predicto inter Capenbergensem ecclesiam ex una parte, et Ludolfum militem de Werne ex altera, super constructione cuiusdam molendini, quod idem L. edificare ceperat iuxta pontem Wernen inferius in descensu aque contra prohibitionem sive novi operis nunciationem factam eidem L. a conventu prefate ecclesie, qui conventus in libertate sue piscature hoc construi asserebat, tandem de consensu partium et communium amicorum existentium in quodam placito Wolvesculen talis ordinatio sive | Otto II. Bischof von Münster, Wilhelm, Probst, Stephan, Dekan, und das Domkapitel zu Münster bezeugen die erfolgte Beilegung eines Streits zwischen dem Stift Cappenberg und dem Ritter Ludolf von Werne, über den durch Ludolf gegen den Willen des Stifts begonnenen Bau einer Mühle flussabwärts der Werner Brücke an der Lippe. Ludolf verzichtet auf den Bau der Mühle am strittigen Ort und darf die früher in Rikesmolen vorhandene Mühle wieder aufbauen und dabei ein Wehr (Schlacht) von 30 Fuß länge in der Lippe in Fließrichtung errichten. Zur Wasserversorgung der Rikesmole darf er auf Grund des Stifts einen Graben ausheben. Das Stift zahlt Ludolf zur Entschädigung für seine bereits verauslagten Kosten 25 Mark. |

| | |
|---|---|
| transactio intercessit, ut videlicet dictus L. miles de Werne, a constructione novi molendini penitus desistens, adlocum suum pristinum, qui Rikesmolen dicitur, redeat, ibique sicut ab antiquo fuit molendinum, si voluerit, faciat reparari, nec in ascensu nec in descensu Lippe nec ipse nec sui successores ullo unquam tempore aliud construent molendinum. Illam vero connexionem lignorum, que fit ad restrictionem aquarum, que vulgo slacht dicitur, ad XXX pedes protendere poterit in ripa Lippie, non in latitudine, sed in longitudine ascensus sive descensus aque. Item concessum est eidem, ut per medium insule cuiusdam pertinentis ad ecclesiam Capenbergensem, site prope locum predictum Rikesmolen, superius in ascensu aque fossatum faciat, ut aqua directe currat ad molendinum suum, si in posterum in loco predicto Rikesmolen fuerit edificatum, et ne aqua per aliam partem alvei cum nimia vehementia currens vel inundans suum destruat molendinum, tali tamen conditione, ut fossatum ex utraque parte et usus aque ecclesie Capenbergensi sit ut prius. Item in hac ordinatione sive transactione pro bono pacis adinventum est, quia prefatus L. miles de Werne in novi operis constructione multa inuliter impendit, ut | |

| | |
|---|---|
| conventus iam dicte ecclesie XXV marcas pro sumptibus conferat eidem, salvo tamen iure partium de piscatura. | |
| Acta sunt hec apud Wolvesculen iuxta villam Otmersbocholte, anno Domini Mº.CCº.LVIº, XII. Kal. Octobris, decima quarta indictione, temporibus Alexandri pape quarti, pontificatus sui anno IIº, vacante tunc imperio ex morte Wilhelmi regis de Hollandia, nobis Ottone episcopo predicto Monasteriensem ecclesiam gubernante. | Gegeben Wolfskuhle am 2..9.1256 |
| Ne autem que sic rationabiliter et solempniter ordinata sunt, iuniorum succedentium cavilla-<br>tionibus aliquo unquam tempore in posterum valeant irritari, nos O. episcopus sigillo nostro, et nos prepositus, decanus et capitulum predici sigillo ecclesie nostre presentem paginam duximus roborandam. | Siegelankünding:<br>Otto II., Bischof von Münster,<br>Stift Cappenberg. |
| Testes qui interfuerunt ordinationi sunt hii: Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus, Johannes dictus Werenche thesaurius, Godefridus vicedominus, Thitmarus dictus Norendinus, Remfridus de Heringen, canonici Monasterienses; Henricus burchgravius de Rechede et Hinricus filius suus, Fredericus de Menhovele et Rodolfus filius, Hermannus de **Daverenberge**, Albertus dapifer, Bernhardus Crampe, Fredericus de Cleie et alii quamplures. | Zeugen:<br>Wilhelm, Propst, Stephan, Dekan, Johannnes gen. Werenche, Thesaurar, Gottfried, Vicedominus, Dietmar gen. Norendinus, Remfried von Herringen, Kanoniker zu Münster, Heinrich, Burggraf zu Rechede, Heinrich, Sohn des vorgenannten, Friedrich von Meinhövel und dessen Sohn Rudolf, Hermann von Davensberg, Albert Truchsess, Bernhard Crampe, Friedrich de Cleie. |